



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 59. Canones Concilii Ephesini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

Sæculum V. immutetur. Concilium decrevit, ne
A.C. 431. quidquam circa has Europæ Civitates
Leo ep. 92. contra Canones, Leges Civiles, & Cor-
al. 62. ad suetudinem, quæ habet vim legis, inno-
Max. c. 4. varetur,

In eodem Concilio Ephesino Juvena-
lis Jerosolymitanus Primatum Palæstinae
sibi asserere admitebatur, & jus suum pro-
ductis litteris adulterinis probare. Hu-
jus viri ambitioni se opposuit S. Cyrillus,
& datis ad Papam epistolis, instanter ro-
gavit, ne in hanc mutationem consenti-
ret. Hoc ex Epistola S. Leonis, exin-
de post annos viginti duos scripta, cog-
Sup. §. 45. noscimus. In actis vero Concilii nulla
de Juvenalis Postulatione mentio fit, ex
quo monstratur, ut diximus, ea nobis non
integra superesse. Imo pleraque in ulti-
ma Sessione acta non nisi sermone lati-
no habemus.

§. LIX.

Canones Concilii Ephesini.

Conc. Eph. In hoc Concilio aliqui Canones conditi.
p. 802. In fronte posita est Epistola Synodalis
ad omnes Ecclesias, qua nomina Schis-
maticorum, Joanni Antiocheno adha-
rentium, numero triginta quinque no-
tantur. Subjungitur deinde: Hos Sa-
crum Concilium communi consensu a
Commu-

Comunione Ecclesiastica rescidit, iisque Sæculum V.
 omnem functionem Sacerdotalem in A.C. 431.
 terdixit. Postea ponuntur Canones, ut
 illis, qui Concilio interesse non potue-
 rant, circa Schismaticos Decreta inno-
 tescerent. Primo Canone præcipitur, c. 1.
 ut Metropolita, qui relicto Concilio
 Oecumenico ad Conciliabulum Schis-
 maticum defecerit, aut Celestii errori-
 bus infectus fuerit, nihil, quod alicu-
 jus roboris sit, contra Episcopos suæ
 Provinciæ facere valeat, cum Excom-
 municationi, & Interdicto subsit, econ- c. 2.
 tra iisdem Episcopis, & Metropolitis vi-
 cinis subjiciatur. Episcopi, qui vel sta-
 tim, vel postquam depositioni Nestorii c. 3.
 subscripserunt, ad Schismaticos defece-
 runt, Sacerdotio privati sint, & depo-
 siti. Clerici, quos Nestorius, vel alii
 hujus factionis, interdixerint, eoquod c. 4.
 sententiam Catholicam tenerent, resti-
 tuantur. Et generatim omnes Clerici,
 qui Concilio Oecumenico adhærent,
 Episcopis Schismaticis nullatenus subji-
 ciantur; at Clerici qui Schismati adhæ- c. 5.
 rebunt, qui erroribus Nestorii, aut Ce-
 lestii anathema non dicent, depositi
 sint. Qui propter sua delicta a Conci-
 lio, vel a suis Episcopis damnati fuerint, c. 6.
 & a Nestorio, vel ejus Aseclis restituti,
 hoc non obstante, pro depositis haben-

Sæculum V. di. Si quis ea, quæ in Sancto Concilio
A. C. 431. Ephesino constituta sunt, quocunque de-
 dum modo labefactare audeat, si Episco-
 pus est, aut Clericus, deponatur! si Lai-
 cus, excommunicetur! Ad istos sex Ca-
 nones in quibusdam Editionibus alii duo
 adduntur; nimirum de Definitione Con-
 cili, ne quis Concilio Nicæno quidquam
 adjiciat, cui constitutioni condendæ fal-
 sum Symbolum Theodori ansam dedit,
 & de conservatione jurium cujuslibet
 Provinciæ, occasione querelæ ab Epis-
 copis ex Cypro delatae. Hæc omnia
 sunt, quæ de Actis Concilii Universalis
 Ephesini Majores ad nos trans-
 miserunt.



HISTO-